Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



quibusq; conditionis et religionis.

Sequitur autem de hoc quod filij israel certa castra ducentes quum in sabbato lignum collegerant lapidibus obruerunt. Per hoc autem datur intelligi quod illi qui violent pactum dei violant et ecclesiasticam institutam cum certis fidelibus custodunt et obstinate recusant ab ecclesia pelli et ab omnibus dampnari et excommunicari debent. Tot enim lapidibus obruit quot assentientibus excommunicatio confirmatur.

Dixit quoque dominus ad moysem loquere filijs israel et dices ad eos ut faciant sibi fimbrias in pangulis pallium ponentes in eis uittas iacinthinas. Quas cum uiderint recordabuntur omnium mandatorum domini ne sequantur cogitationes suas et oculos proprias uanas fornicantes si magis memores mandatorum domini faciant ea. Hec autem capitulum non multa expositione indiget. Siquidem ipse qui scripsit exposuit. Ad hoc enim uittas iacinthinas in fimbrijs poni iussit ut signum quoddam eis esset quo celestium mandatorum memores uana et inutilia non cogitarent. Iacinthus enim celum colorem habet. Sunt igitur iacinthine sancte celestesque cogitationes. que fimbrijs idest suijs mandatorum dei uinere ab omni fornicatione mores eorum tueantur. De fornicatione enim oculorum dominus ait. Qui uident mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est eam in corde suo.

Sequitur autem de seditione quam chore dathan et abiron fecerunt contra moysen et aaron uolentes sibi sacerdotium uendicare consentientibus eis ducentis quinquaginta uiris de maioribus synagoge. Et hos quidem se ira apiens deglutiuit. Ceteros autem thuribula tenentes et incensum offerentes ignis consumpsit. Deinde precepit dominus ut eleazar filius aaron tolleret thuribula que in igne iacebant eaque in laminas produceret et altari eas affigeret. ut uidentes eas filij israel semper huius facinoris memores essent et ad sacerdotium solus filius aaron constitutus accedere non presumerent. Oportuit enim dum pro suis iniquitatibus filios israel puniisse legimus semper illud apli meminisse debemus. Hec autem omnia in figura contingebant illis scripta sunt autem ad correctionem nostram. Timeat igitur omnis homo contra eos ecclesiasque prepositos seditionem facere. et ea que ad se non pertinent iniuste sibi timeat uendicare. Qui enim hoc agit deo blasphemat. Unde hic dicit. Si descenderint in infernum uiuentes sacris qui blasphemauerunt dominum. Quare autem thuribula in laminas producta altari affigantur ipse qui scripsit exposuit. Quod enim sunt litere legentibus hoc et sunt hec lamine legere nescientibus. Has igitur circa cordis altare affixas habet qui eam non obliuiscitur. Vtinam nunc reges et principes utinam symoniaci ecclesiasque inuasores has in cordis altari affixas habuissent. et moxus chore dathan et abiron non obliuiscerentur. Quod uero hec thuribula in mortibus peccatorum sanctificata et esse dicit sancta ecclesiam ex cohabitatione symoniacorum et inuasorum pollui eosque separatim sanctificari significat.

Hec autem iuxta dominus moysi ut tollat singulas uirgas per singulas tribus et unicuique nomen eis inscribat. Nomen autem aaron scribat in uirga leui ponatque eas in tabernaculum federis. Cuius autem uirga germinauerit ipsius sit sacerdotium. Rogemus autem et nos dominum iesum xpm ut uirgas et regnum nostrum germinare faciat. ne sicci et sine fructu in domo eius inueniamur. Non est enim pontifex cui uirga non germinat. Hec autem miraculum contra eos obiciunt qui uirginem parere potuisse negant. Non enim mirabilius est uirginem parere quam uirgam siccam sub una nocte flores et fructus germinare.

Dixitque dominus ad aaron. tu et filij tui et domus patris tui tecum portabitis iniquitatem sanctuarij et tu et filij tui simul sustinebitis peccata sacerdotij uestri. Sed et fratres tuos de tribu leui et septum patris tui sume tecum ministroque sint et ministrent tibi. Ad uasa tamen sanctuarij et ad altare non accedant. Nec enim ad sacerdotes pertinent et quecumque intra uelum sunt.

Non solum enim episcopi et sacerdotes uerumetiam et ceteri ordines clericorum iniquitatem sanctuarij totique ecclesie peccata sustinent et portant. Onus uidelicet onus et graue ad ferendum. Onus uidelicet necessarium esset ut prius iniquitatibus careret qui alorum portat iniquitates ceterosque a peccatis pondere subleuare suspirat. Valde enim nos semper solliciti esse oportet qui et propias taliorum iniquitates flere iubemur. Iudicat autem leuitas ad uasa sanctuarij et ad altare accedere ne forte ea que eorum sunt temere usurpare presumat.

Locutusque est dominus ad aaron. Omnis oblatio et sacrificium et quicquid pro peccato atque delicto reddit in et cedet in sacerdotum tuum erit et filiorum tuorum in sanctuario co